

jus representationis & successio in locum patris facit, ut nepos non videatur remotor.

Amoris quoque iuri hereditatis, agnatus etiam tenuis gradus, &c.] Agnati quoque & ceteri legittimi successores collati cum cognatis praeferuntur non ex prærogativa gradus, sed ordinis: nam cognati deum loco vocantur, sup. dif- fuse, cogn. in pr. Verum inter agnatos ipsos spectatur prærogativa gradum: quoniam in hoc ordine ne representatione locum non habet, extra quam quod novilium jure introductum est, Nov. 118. c. 3. si fratum filii cum patrui concurrant. Ceterum revolve, que tradita est de leg. agn. suc- cessione de Senatus-Tertillianio 8. & seqq. que hic inculcare non lubeat. Hodie agnatorum & co- gnatorum jura confusa sunt, d. Nov. 118. ubi Ju-

TITULUS OCTAVUS. DE SUCCESSIONE LIBERTORUM.

Dig. Lib. 38. Tit. 2.

Ratio ordinis, & summa tituli.

COMMENTARIUS.

Huc usque differunt de successione inge- nitorum, sequitur nunc de successione libertorum, id est, de iure succedendi in bonis libertorum. Vox enim successio- nis hic non activa, ut in præcedentibus, sed passiva accipitur, non qua libertus succedit aliis, sed qua ipsi liberum succedit. Circa he- reditatem libertorum mira exxitit juris varietas. Altud lege 12. tabularum constituit fuit: aliud prætors introduxerunt: quod auctum poëta lego Papia: postremo alter hanc causam definit Justinianus: quæ singula hic ordine referuntur & explicantur.

TEXTUS.

Qui succedunt. De lege 12. Tab.

Nunc de libertorum bonis videamus, Olim itaque licet liberto patronum suum impunè testamento præterire: nam ita de- dum lex duodecim tabularum ad hæreditatem liberti vocabat patronum, si intestata mortuus esset libertus, hæredem suo nullo reliquo: Itaque intestato mortuo, li- berto, si is suum hæredem reliquisset, pa- trono nihil in bonis ejus iurius erat. Es- sidentes naturalibus liberis aliquem suum hæredem reliquisset, nulla videbatur querela: si vero, adoptivus filius suis fuisse, aperte iniquum erat, nihil juris patrono superesse.

1. Legem 12. tabb. non alio jure patronum con- fuisse, quam agnatorum.

2. Cur magis iniquum viuum, patronum ab adop- tivi exclusi, quam parem, fratrem &c.

Nam ita demum lex 12. tabb.] Argumentum ex contraria, quo probat, jure antiquo 12. tabb. licet liberto testato decadent patronum impunè præterire. Collectio: hoc est: Lex 12. tabularum patronum nominatum vocat ad hæreditatem liberti intestato mortui: ergo in bonis liberti testato mortui nullum suis patronum ha- bere voluit, si videlicet testamento præteritus, nihilve ei reliquit.

Hæredes suo nullo reliquo] Intestato liberto mor- tuo, lex duodecim tabularum primum suis hæredibus debet hæreditatem: si hi non fuerint, tunc patrono. Ulp. 3. in pr. de suis & leg. & in fragm. iii. 27. & rit. ult. in pr. ubi se scribit: Civis Roma- ni liberis hæreditatem lex duodecim tabularum pa- tronom defert, si intestato sine suo hæredi libertus de- ferit. Ideoque sine testamento facio decedat, li- cer suis hæres ei non sit, seu intestato & suis ha- res ei sit, quamvis non naturalis, sed uxori, puto, qua in manu fuit, vel adoptivus filius lex patrono nisi præstat. Hinc vero appareat, legem non alio jure patronum centuisse, quam agnatorum, qui & ipsi ab intestato post loo hæredes vocantur, & testamento præteriti possunt. Quod autem primo loco & folium post loo hæredes patrono- num lex vocat, mirum non est: quoniam liberti agnatos non habent. VNN. Recte VNN. obliquet patronum liberto loco agnati fuisse,

DE SUCCESSIONE LIBERTORUM. 619
batur patronus contra ea bona liberti, que in cafris quefita, l. 3. §. 6. de bon. libert.

Ego patrem dabatur, &c. bonorum possesso.] Theoph. τιτην οὐδὲ τὸν κατὰ ταβulas αὐτονομοῦσθαι τοῖς γενέσιν τοῖς οὐτοὶς ἀντιτίθεσθαι. Τιτην οὐδὲ τὸν κατὰ ταβulas αὐτονομοῦσθαι τοῖς γενέσιν τοῖς οὐτοὶς ἀντιτίθεσθαι. Cum soluti agnati liberorum patroni cen- saentur, hinc & vocantur ad legitimam suc- cessionem. Quemadmodum ingeniorum agnati grau- propiores vocantur, ita & libertinorum. Inde est, quod non omnia patronum & cog. omnia ad- fumerent liberti. Vid. Lactant. inst. div. libr. 4. cap. 2. Car. Sigon. de nom. propr. 1418. BEHN.

Si adoptivus filius, aperte iniquum] Patronum à liberti liberis naturalibus, id est, procreatibus iusto matrimonio, excludi, indignum viuum non est; at iniquum viuum, eundem excludi etiam ab adoptione & adficiens. Cur verò inquis in pa- trono id minus ferendum fuit, quam in patre, matre, & fratribus, fororibus reliquiisque agnatis & cognatis, quibus omnibus filium adoptivum in hereditate ingenii præteri confitat? Putat D. Hotomanus, prætorum ideo plus juris pa- tronis in bonis libertorum concessisse, ne aliqui duras nimis conditions libertis suis in praetanda libertate imponerent, arg. l. 1. de bon. lib. Sed & illud durioriulum viuum, posse patronum per quemvis hæredem testamento liberti scriptum re- pelli. Ceterum erat hoc conquepsa libere testandi facultati lego duodecim tabularum civibus omnibus datae.

TEXTUS.

De jure prætorio.

1. Quia de causa posse prætoris editio hæc iuri iniquitas emendata est. Sive enim faciebat testamentum libertus, habebatur ita testari, ut patrono partem dimidiam bonorum suorum relinqueret: & si aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat, dabatur patrono contra tabulas testamenti partis di- midia bonorum possesso. Sive intestatus moriebatur, suo hæredi relicto filio adoptivo, dabatur æquus patrono contra hunc suum hæ- redem partis dimidia bonorum possesso.

Prode se autem libero solebant, ad exclu- dendum patronum, naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore ha- bebat, sed etiam emancipati & in adoptione dati, si modo ex aliqua parte scripti hæredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum possessione ex editio prætorio pe- tierant. Nam ex hæredati nullo modo repel- labant patronum.

NOTE.

1. Dimidiam bonorum] Non tamen admittit.

batur patronus contra ea bona liberti, que in cafris quefita, l. 3. §. 6. de bon. libert.

Ego patrem dabatur, &c. bonorum possesso.] Theoph. τιτην οὐδὲ τὸν κατὰ ταβulas αὐτονομοῦσθαι τοῖς γενέσιν τοῖς οὐτοὶς ἀντιτίθεσθαι. Τιτην οὐδὲ τὸν κατὰ ταβulas αὐτονομοῦσθαι τοῖς γενέσιν τοῖς οὐτοὶς ἀντιτίθεσθαι. Cum soluti agnati liberorum patroni cen- saentur, hinc & vocantur ad legitimam suc- cessionem. Quemadmodum ingeniorum agnati grau- propiores vocantur, ita & libertinorum. Inde est, quod non omnia patronum & cog. omnia ad- fumerent liberti. Vid. Lactant. inst. div. libr. 4. cap. 2. Car. Sigon. de nom. propr. 1418. BEHN.

Ex hæredati nullo modo, &c.] Intellige, nisi per querelam testamentum, ut in officiolum. evenient.

COMMENTARIUS.

PRAETOR duo mutavit. Primum testandi licen- tiatum in libero coactus, iustificare libertam iusta testari, ut patrono non minus parte dimidia bonorum relinquaret, data patrono partis dimi- dia bonorum contra tabulas possesso, si aut nihil, aut minus parte dimidia ei reliquit effert. Ceterum quod hic simpliciter scriptum est, is hanc habet exceptionem, nisi libertus liberos naturales, five filios, five emancipatos (nam liberi adoptivi jure prætorio non plus juris contra patronum habent, quam extranei) hæredes in- fluuerit: quippe a quibus & non facto testamento patronus excluderetur. Ulp. d. iiii. ult. in pr.

Sive intestatus relatio filio adoptivo] Hoc alterum est, quod in hac causa mutavit Praetor. Nam ex 12. tabularum etiam adoptivo filio suo ha- rede existente patronum in totum ab hæreditate liberti intestato mortui excludebat. Edicito vero prætoris ex parte dimidia admittitur.

Et in adoptionem dati] Liberi naturales in adop- tionem dati, quandiu in familia adoptiva sunt, quilibet liberis naturalibus non admittuntur, sed tam ex ea parte editio venient, que vocantur cognati; §. as. hi 10. §. 12. cum seq. sup. de her. que ab int. Patronum igitur excludere non poterunt, nisi testamento hæredes scripti; ac proinde clausula sequens, si modo ex aliqua parte scripti hæredes erant, ad- jec- ta est.

Aut præteriti contra tabulas] Hoc ad folos emancipatos referri debet. Quippe cùm bonorum possesso contra tabulas iis dati non soleant, qui tempore mortis eius, de cuius successione agitur, in aliena familia fuerant, §. eadem. 12. sup. de her. que ab int.

Ex hæredati nullo modo] Sed quid si testamen- tum per querelam everum fuere? Dubitan- dum non est, quin liberis patronum excludant, cum res ad causam intestati redeat. Plura Bar- chovius hic.

TEXTUS.

De Lege Papia.

1. Posseta vero legi Papia adaudita sunt ju- ra patronorum, qui locupletiores liberos ha- bebant. Cautum enim est, ut ex bonis ejus, qui festierunt centum millium patrimonium re- liquerat, & pauciores quam tres liberos habe-

K k k 3

bat, (five is testamentum factus, five intestatus mortuus erat) viri pars patrono debetur. Itaque cum unum quidem filium filiam haredem reliquerat liberius, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac se is sine ullo filio filiave intestatus deceperet. Cum vero duos duae haredes reliquerat, tercia pars debebatur patrono: si tres reliquerat, repellebatur patronus.

COMMENTARIUS.

I. *Sesterius & sesterium an idem valeant.*

S. Ecunda hujus juris mutatio facta est eis legi Poppaea. Tuleris haec legem nonenique ei dederunt suffici Coss. M. Papius Mutilus, Q. Poppeus Secundus, anno ab U. C. 761. Multa hujus legis fueru capitula. Fragmenta restituit nos tamen illustravit vir clarissimus D. Jacobus Goethroodus.

Qui locupletiores libertos [J] Hoc igitur lex ad libertos locupletores volummodo pertinet, in pauperibus antiquiora jura patronatus intacta reliquit.

Qui sesterium centum millium [J] Locupletiores habit, qui sesterium centum millium patrimonium habebant: pro quo precise dixit Africanus rem centum, l. liber. 26. de bon. liber. Hinc libertus centenarius, qui rem centum millium habet, l. si liber. 16. de iur. patr. Etenim ut docet Hotom. lib. de re numero duplex veteribus enantiatis illis fuit, interdum plena oratione ut dicentes, verbi causa, centum milia sesterium, quomodo hoc exulte Justinianus hic: interdum precise, verbi causa, centum sesterium, aut centum simpliciter: qua forma usus Africanus. d. l. liber. 26. Ubi per ologistica & centum, totidem sesteriorum millia cum intelligere certum est. Quod autem Cantuicula & Myngiferas sic scribunt, arque in dictionario suo prodidit Capelanus, sesterium neutro genere, & in plurimi numero sesteria singula, significare & valere milie sesteriorum numeros, fecit auctoribus usurpatum non esse, nisi quod metri causa à Poetis id facultatum, quod & jam ante observaverat Georg. Agric. lib. 2. de pond. Ceterum quod porrora affectis Bachoviis sesterium neutro genere eadem significacione usurpari à Poetis, qua maiusculo à ceteris, & hoc quoque ex doctrina Hotomanni, in eo dupliciter erat; nam nec Hotomannus id docuit, sed Agricola; & verum non esse, contra Agricolam ipse Hotomannus demonstrat, c. 22. d. lib. de res comm. ubi expre-

scribit, sesteria à Poetis dici solita non primum sesterii, sed pro mille nummorum summa, multis id confirmans auctoritatibus. Usus locus Juvenalis huic rei demonstrande sufficit. Is satyra 4. Crispini cuiusdam gulam exagiantis sic ait v. 15.

Mullum sex milibus emit,

Equantem Jane partibus sesteria libris. quod priore verlu de minoribus sesteritis Poeta dixerat, sequenti de majoribus enuntiat: significat enim, totidem libras nullum istum pendisse, quod sesteritis Poeticis empes fuerat, numerum sex. In eo omnes convenient, quod ultra nongentam milia sesteritorum Romani non pronuntiaverint: sed cum ad milie nulla ventum esset adverbis numeralibus ulos, dicentes, decies avices sesteritum precisè, decies avices centia milia sesteriorum. Sed deinceps plura. Illud tamen adhuc obiter monendum, sesteritum nullus quartam partem denarii, denarium partem vicefimam quintam aurei: ac proinde aureum continuisse sesterios centum; idemque valere centum milia sesteritorum in bonis habere, & mille aureos. De tota re haec numerus plura & certiora, quam haec tenus habuimus, expectamus à D. Salmatio. VINN. Addi ad hunc locum poret V. C. Jac. Perizon. de l. voc. p. 17. Nos quoque rem expeditum in Comm. ad l. Pap. poppaeam. lib. 1. cap. ult. HEIN.

Passiores quam tres liberos, virilis pars patrone [J] Lex Papia patronum liberi centenarii seu locupletis, live testato five intestato mortui, in virilem ejus hereditatis Partem admittebat, si modo ex paucioribus, quam tres liberos reliquist.

Sine ullo filio intestatus [J] Reponderunt omnino cum Ruffard, Cui. Cont. Hotom. testatur. Theophilus, vñ 249^o, conditum testamentum. Nam liber intellato & sine liberis defuncto folus & in solidum succedit patronus tam ex editio praetoris, quam ex lego 12. t. babb. sup. in pr. & §. 1. Cujac. 3. ob. 13.

Si tres repellebatur patronus [J] In hoc igitur differt lex Papia à praetorio, quod Patronus à Pratore repellebatur, etiam si liberus unus aut duos tantum liberos reliquist: lege vero Papia virilem hic partem patronus obtinebat. At si libet tres aut plures liberos reliquerat, tunc five testato five intestato deceperet, patronus in totum etiam per legem Papiam summovetabatur.

TEXTUS.

De constitutione Justiniani.

3. *Sed nostra constitutio*, (quam pro omninatione Graca lingua compendio tractatu habito compotius,) ita hujusmodi cauam definitiv: usi si quidem libertus vel lib. ria minores centenarius sint, id est, minus centum

DE SUCCESSIONE LIBERTORUM.

631

aureis habeant substantiam, (sic enim legis

Papia summam interpretati sumus, ut pro mille sesteriis unus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione: si tamen testamentum fecerint. Sin autem intellati deceperint, nullus liberorum relido, tunc patronatus jus, quod erat ex lege duodecim tabularum, integrum reservavit. Cum vero maiores centenarii sint, si haredes vel bonorum possessores liberos habeant, five unum five plures cuiuscumque sexus vel gradus ad eos successiones parentales deduximus, patronis omnibus modis cum sua progenie semosis. Sin autem sine liberis deceperint, si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronaque vocavimus. Si vero testamentum quidem fecerint, patronos autem eis patronas praeterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes ex hemorrhadaverint, vel mater five avus materius eos praeterierint, ita quod non possint argui inofficioa eorum testamenta, tunc ex nostra constitutione per bonorum possessorem contra tabularum, non dimidiam, ut antea, sed tertiam partem bonorum liberti consequantur; vel quod deest eis, ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tercia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis relinquenter: ita sine onere, ut nec liberis liberti libertate ex ea parte legata vel fiduciis prestatentur, sed ad coheredes eorum hoc onus redudent. Multiis alii casibus à nobis in praefata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad hujusmodi dispositionem juris perspicimus; at tamen patroni patronaque, quam liberi eorum, nec non qui ex transverso latere veniunt usque ad quintum gradum, ad successionem libertorum librarumve vocentur, sicut ex ea constitutione intelligendum est. Et si ejusdem patroni vel patronae, vel duorum duarumque plurium liberi sint, qui proximior est, ad liberi vel liberta vocetur successionem: & in capita, non in stirpes dividatur successio: eodem modo & in iis, qui ex transverso latere veniunt, servando. Pene enim consonantia jura ingenitatis & libertinitatis in successionebus secimur.

NOTE.

3. *Nostra constitutio* [J] Non extat: sed eam nobis ex Bailescis representant. Cujac. 20. ob. 34.

Pro mille sesteriis unus aureus] Cùm antea unus aureus respondet tantum sesteritis centum. Non igitur simpliciter legem Pappiam interpretatur, sed emendat.

Vel fiduciis] Quæ certis personis praestabatur his, qui petunt boni possessi cont. tabb. l. de leg. pref. quod onus olim etiam patrono incumbat, l. 4. de cond. & dem. l. 64. §. ult. ad SC. Treb. Ut que ad quinimum gradum] Myning & Paciput, haec verba tantum ad eas referenda esse, qui ex latere veniunt, sed refutant ipso tenore constitutionis, matris & matris, & quod auctus auro, & i. p. 100: & dñe 300, tunc si ius nigrum solus respondet p. matris. Additurque & post, id est, & foll: nam & qui ex latere veniunt, non admituntur ad illam tertiam partis bonorum successionem, ut mos subiicitur; sed tantum ad successionem liberti intestato fine liberi mortui usque ad quintum gradum, nec hic liberis patronorum liberi, ut iterum verba offendunt, ius dñe 300 & 300 si ex magis origine in matris, & si patrines aucti auctoribus vñ 200 & 200.

Qui proximior est, etc. & in capita] l. 13. §. 1. & seq. de bon. liber. Ulpian. cit. 27. §. 1. & seqg. Numerum non queritur de hereditate parentum patronorum, sed liberti: ad cuius successionem patroni eorum liberi non veniunt præter suorum heredum, sed agnatorum, l. 2. §. 1. unde legit.

COMMENTARIUS.

Q. Unionem lex Papia nimium patronis tribuerat videbatur, eo quod certis casibus hos etiam liberis liberti centenarii exequaret: & jure patroris libertus sine liberis decedens cogebatur semissim omnium bonorum patrono reliquere: Justinianus utrique iuri derogavit, causamque in summa definitiv, ut in liberto minore centenario testato decedente, Patronus nullum jus in successione ejus habet. Sin autem centenario maior decederet, five testato five intestato, tum si liberos reliquist, & vel unum cuiuscumque sexus, gradus, aut conditionis, patronus excluderetur, nisi forte testamento patris liberi essent exhereditati. Si vero nullos liberos reliquist, ab intestato patronus in solidum ut heres esset, antiquæ jure patronatus integro hoc caui servato: testamento vero facto, uti pro faciente, quem prator patrono decreverat, triennem sine ullo onere obtineret: arque hoc succedendi jus non solidum ipse patronus haberet, reverum etiam eo mortuo liberi ejus, & his non extantibus, patroni ex latere cognati usque ad quintum gradum; sic ut inter illos & hos proximiori remotoe excluderet, & in capita hereditas dividiceretur.

Pro mille sesteriis unus aureus] Justinianus aetate cum multo minores essent hominum facultates locupletis confabantur, qui centum aureos in

bonis habebant, cum ante ex mille aureis hoc estimaretur. Horomannus putat transposita esse nomina, & pro mille hic substitutum *censum*, ut paulo ante pro centum, mille, quod probat *Wenckebius*; ego in medio relinquio.

Sin autem fine liberis] Quid si adoptivos tantum reliquerit? Horomannus censes, patronum & hoc cau lege Justinianii in totum excludi Bachovius contra in partem patronum admitti: cujus sententia anterior videtur, arg, p. *bijus iiii. in fin. & §. 1. in pr. item constitutionis Graeca* relate a Cujac, liv. 10. obs. 34.

Vel mater sine avus maternus] Quippe quorum præterito pro extrahendere est, §. ult. sup. de *exhar. lib.* quod nec jure novissimo institutum esse demonstravimus *jup. tit. de moff. test. in pr.*

Ea constitutione nostra repleatur] Intelligent haud dubie constitutionem l. *omnimo 30. C. de inoff. test. in pr.* proinde hæc tamen eadem fit ratio legum patronorum & liberorum.

Sine onere] Et ergo in hoc quoque exequata iura patronorum & liberorum, ut ambo portio nem debitan fei legitimam sine onere haberebant, l. 32. C. de *inoff. test. junct. hoc texti* cùm oligo legatorum & fideicommissorum prætandorum onus, que liberis præteritis aut extrahendatis relicta erant patrōni innumerabat, l. 4. de *pond.* & *dem.* l. 5. ejus 64. §. ult. ad SC. *Treb.*

Ufque ad quantum gradum] Pacis putat, haec verba ad eos tantum referenda esse, qui ex latere veniunt, non ad liberos patrōni, cum *Myngenero ab hunc loc.* & §. 1. *inf. de bon. posf.* sed refelluntur verbis constitutionis Graeca relate apud Cujac, 20. obs. 34. ac proinde nullius momenti est argumentum petuum in *l. liberorum 220. de verb. sign.*

Qui proximor. est. Si unius plurimorum patrōnum plures liberis sint diversi gradus, qui proximior est in successione liberis præferuntur; & plurimum patrōnum liberis non in stirpes, sed in capita succedunt, l. *si libertus* 23. §. 1. & *seqq. de bon. liber.* Ulp. *tit. 27. §. 1. & seqq.* Non est huic contrarium, quod de liberis supra relatum est, eos parentum suorum locum occupare, inque stirpes, non in capita succedere: quippe hinc non queritur de hereditate parentum patrōnum, sed liberis, ad cuius successionem patrōnum eorumque liberis non jure suorum heredum, sed agnatorum sive venienti, l. 2. §. 1. *unde legi.* Hæc tamen ergo nihil novi Justinianus.

TEXTUS.

Quibus libertini succeditur.

4. Sed haec de iis libertinis hodie dicenda sunt, qui in civitatem Romanam pervenirent, cum nec sive alii liberti *sumus & Dediti- tis & Latinis sublati*, cum Latinorum suc- ceSSIONES nulla penitas erant: quia licet ut liberi vitam suam peragebant, attamen ipso ultimo spiritu sensu animam atque libertatem amittiebant: & quasi servorum, ita bona

erorum, iure quodammodo peculi ex lege Ju- nia Nordania manumissores detinebant. Po- teas vero Senatusconfulti Largiano cautum fuerat, ut liberis manumissoris, non nominaria exaheretati facti, extraneis hæredibus eorum in bonis Latinorum proponerentur. Quibus etiam supervenit divi *Trajanii* editio, quod cumdem hominem, si invito vel ignorantie patrono ad civitatem Romanam venire ex beneficio Principis festinaret, faciebat quidem vivum civem, Latinum vero morientem. Sed nostra constitutione propter hujusmodi conditionum vices & alias difficultates, cum ipsis Latinis etiam legem *Juniam*, & *Senatusconfultum Largianum*, & editum divi *Trajanii*, in perpetuum de- teri censuimus, ut omnes liberi civitate Ro- mane fruantur: & mirabil modo quibusdam ad affectionibus ipsas vias, que in La- tinitate duebant, ad civitatem Romana- nam capiendam transposituimus.

NOTE.

4. *Deditiis & Latinis sublati*] l. *un. C. de ded. lib. toll. l. un. C. de lat. lib. toll. v. sup. §. 3. de libert.*

COMMENTARIUS.

Olim non omnes libertini ejusmodi erant con- ditionis; nam corum, qui manumiscebantur, quidam cives Romani fiebant, alii Latini Juniani, aut dediticii, idque vel propera qualitate domini manusmitentes, vel modum manumissio- nis, vel statutum ait perfonam manumissi: quod lib. 1. rit. de libertin. latius explicatum est. Itaque cum cum, quem hæredem vel ex testamen- to vel intestato habere volumus, necesse sit esse civem Romanum, satis appetit, ea, que de jure succedendi in bonis libertorum legibus prioribus & editio causa sunt ad Latinos & deditios non pertinuisse. Quod autem Justinianus monet, ea que ipse de eadem re constituit ad libertos Latinos & deditios non pertinere, subiacta jam tum Latina & dediticia libertate, subita subtili est.

Latinorum legitima successiones nulla] Neque testamentarie. Nam Latini nec testamentum facere, neque omnino hæredem habere poterant, sicut nec ipsi hæredes esse. Hæc enim omnia ius testamenti facienda, ius capienda hereditatis, item hæredes habendi propria erant civium Romanorum. Quare nec intestati Latinis decessisti poterant, l. 1. in pr. *defisi & leg.* Libertorum vero civium Romanorum ex testamentaria ita & legitime successiones erant: nam eorum intellegitorum hæreditatis primus suis hæredibus deferebatur, deinde patrōnis, eorumque liberis tanguam agnatis, quibus que deserterū, in editio prætorioris in specie legitima diciunt, tit. unde legi.

Jure

Jure quodammodo peculi] Nam mortuo liberto Latino manu, patronus bona ejus, non tanquam hereditatem, sed eodem iure ex lege Junia occupabat, quo dominus peculum servi, pater filii retinet. Unde si patronus cum liberis suis simili extraneos quodam hæredes instituisset, bona ejus liberti dividebantur communiter inter nos & extraneos hæredes: quemadmodum pecu- lum servi aut filii dividitur inter hæredes domini aut patris.

Extraneis hæredibus eorum] Id est, extraneis hæredibus manumissorum seu patronorum. Ut ecce, L. Titus, qui liberum Latinum habebat, decessit, liberis suis & quibusdam extraneis hæredibus institutis, moritur deinde liberus, ex lege Junia una cum liberis Titii extranei scripti hæredes ad bona liberti veniunt. Ex *Senatusconfulto* autem Largiano foli veniunt liberis Titii. Tota via in hoc explicando deerravit Hoto-

mannus, iis quoque, que paulo ante dixerat manu- feit contraria, tradens. Meminit *Justinianus* *Senatusconfulti Largiani* in l. *un. C. de Lat. lib. toll.* & Nov. 78. in pr.

Dicit Trajanii editio] Edictio divi *Trajanii* cavabatur, ut *Latini Juniani*, qui ignoranteve patrono ius civitatis Romanae bene- ficio Principis adeptus esset, viveret quidem ut civis Romanus, moriens autem liberti Latini exti- tum faceret, id est, ut bona ejus quia peculi jure ad patronum pertinerent. Hujus editi men- tio item fit in d. l. *un. in pr. & §. ult. C. de Lat. lib. toll.*

Sed nostra constitutione] Ea est d. l. *un. C. de fin.* qua, ut antea ingenuos omnes Antoninus civitate donavit, l. *in orbe. 17. de fact. hom. in Justinianus libertinos omnes civitate donatos exequatur. Novissime libertinos omnes tantum exequavit ingenuis.* Nov. 78.

TITULUS NON US. DE ASSIGNATIONE LIBERTORUM.

Dig. Lib. 38. Tit. 4.

Continuatio.

HIC titulus moderationem continet pro- ximè precedens. Nam quod gene- raliter ibi definitum est, patrono mortuo, ad liberis ejus, qui gradu proximi sunt bona liberti ex quo pertinere, id hanc habere exceptionem: hoc titulo docemur, nisi uni ex liberis libertum assignaverit, hoc est, testificatus fuerit, cuius ex liberis cum liberum esse velit, l. affignare 107. de verb. sign. hoc enim causa si solus, cui facta est affignatio, pro patrono habeatur, & in bona liberti succedit, reliquis liberis assignatoribus exclusis, l. in pr. hoc tit.

TEXTUS.

An affignari possit, & quis affignationis effectus.

In summa (quod ad bona libertorum at- tinet) actionem fumus, censuimus Senatum, ut quamvis ad omnes patrōni liberos, qui ejusdem gradus sum, equaliter bona libertorum pertineant; tamen licere parenti, uni ex liberis affignare libertum, ut post mortem ejus solus est patronus habeatur, cui affignatus est: & cateri liberi, qui ipsi quoque ad eadem bona, nulla affignatione interveniente, pariter admittentur, nihil juris in his bonis habent, sed ita demum pristinum jus recipient, si est cuius affignatus est, decesserit nullis liberis reliquis.

Vinnius in positum.

NOTE.

Affignare libertum] Affignare libertum est testificari, cujus ex liberis eum libertum esse velit, l. 107. de verb. sign. id est, jus patrōni, quod aliqui pluribus competenter, uni peculiariter attribuere. Vinn. Idque concepsum SC. sub Claudio anno UC. DCCXCVIII. Suillio Rufo & P. Ostorio coif. Ipsi legitima SC. verba habes in l. 1. p. ff. HEIN.

COMMENTARIUS.

Iste parenti] Et quidem soli. Nam jus affi- gnandi libertum parenti manumissori Senatus dedit, d. l. 1. hoc tit. quod tam arcere acceptum, ut liberis manumissoris libertum paternum, quantumvis à parente sibi adsignatum, liberis suis adsignare non potuerint: cum tamen in pluribus aliis causis iure manumissorum cene- rentur, l. 8. ed.

Ita demum pristinum jus recipient] Ad liberos, non ad hæredes extraneos ius patrōnum affignatione quæstum transmittitur; quod intel- ligitur ex verbis extremis *Senatusconfulti* relati apud Ulp. d. l. 1. hoc tit. Utique si ex liberis quis in civitate esse defisi, neque ei liberi ulli essent, caseris ejus liberis, qui manumisisti, perinde omnia iura forcentur, ac si nihil de eo liberta eave- beria iis parentis significasset.

L. 111

TEXTUS.

De sexu assignati, & de sexu graduque eius, cui assignatur.

2. Nec tantum libertum, sed etiam libertam, & non tantum filio nepotive, sed etiam filia nepivis adsignare permittitur.

COMMENTARIUS.

Ed etiam liberam] Hoc ex ipsis verbis Senatusconsulto plenum est: quippe quo perpetuo tam liberte, quam liberti fit mentio.

Sed etiam filia nepivis] Senatus generaliter loquitur, & quod liberos in potestate haveret, sine discrimine sexus aut gradus. Itaque non minus filia neptive, quam filio vel nepoti assignari posse, intellectum est. Quin etiam praeferti posse filio nepotum assignari, l. 3. §. 4. hoc ist. quippe cum hoc tantum requirat Senatus, ut liber adsignatoris in potestate sint, non etiam ut sint filii heredes. Perperam hoc omisit Theop.

TEXTUS.

De liberis in potestate, vel emancipatis.

2. Datur autem hac adsignandi facultas ei, qui duos plures liberos, in potestate habebit, ut eis, quos in potestate habet adsignare libertum libertatem licet. Unde quereretur, si eum, cui adsignavit, postea emancipaverit, num evanescat adsignatio? Sed placuit evanescere: quod & Julianus & alii plerique visum est.

COMMENTARIUS.

Ut duos plures liberos in potestate] Cum adsignare nihil aliud sit, quam jus patronus, quod aliqui pluribus competenter, unum proprium ac peculiariter attribuere, ut eumque folum derivare, non est existimandum dubitatum fuisse, an idemnum adsignare possit, qui duos aut plures liberos habeat, aut si unum tantum quis habeat, an tunc esse possit adsignatio; neque iste huius loci tenus est, sed hic adsignationem tantum posse fieri pluribus liberis vel unius pluribus, in potestate constitutis, ut hinc removantur eman-

cipati. Nimis quoadmodum lex 12. tabb. ius patronatus retinere voluit in familia, ita etiam Senatusconsultum item ius adsignatione contractum finibus familie concludit: idque ipsa verba Senatusconsulti indicant, & hic ipse locus.

Placuit evanescere] Non tantum emancipato facta adsignatio nulla est, sed etiam facta ei, qui in potestate erat, emancipatione eius evanescit; congruit l. 1. in fin. ead. De eo dubitatum, an si prater emancipatum duo existant in potestate, posse hoc casu patronus non tantum uni ex his, qui in potestate sunt, sed simul etiam emancipato adsignare. Sed Modestinus respondit, magis esse ut possit. Igitur quod per se non haberet emancipatus, per se ad conjunctam personam consequatur, ut in specie l. 9. ead. l. ult. de lib. & pf. Quod si unus tantum sit in potestate, alter emancipatus, & utrique libertus adsignatur, que adsignatio in persona eius, qui in potestate est, nulla est, et propter emancipatum utilis fieri non debet: ita citoen sump Cujac. VINN. Ego cum Em. Merill. Obf. lib. 7. c. 13. Ita conciliale malum textus, quod possit pater & emancipato libertum adsignare, per ea, que tradit Modestinus l. 9. ff. b. t. si tamen suo adsignari, cumque posse emancipari, expiriare adsignationem, per §. 2. t. 1. b. t. quia pater, dum emancipat, mutasse voluntatem censeatur. HEIN.

TEXTUS.

Quibus modis aut verbis adsignatio fit: & de Senatusconsulto.

3. Nec interea, an testamento, quis adsignet, an sine testamento, sed etiam quibuscumque verbis patronis hoc permititur facere, ex ipso SC. quod Claudianis temporibus factum est, Sabellio Rufo, & Astorio Scapula Consulibus.

COMMENTARIUS.

A dsignari libertus potest & testamento & cotidillis, & per modum contractas, aut donationis inter vivos vel mortis causa quibuscumque verbis, epistola, chirographo, puris sub condicione, denique nutu etiam, l. 1. 9. c. 1. 7. ead. quod procul dubio ex verbo significatur, quo Senatus utrius, sumptum est; & ideo ait Justinianus, hoc patrōnis facere permisum ex ipso Senatusconsulto.

TITULUS DECIMUS.

DE BONORUM POSSESSIONIBUS.

Dig. Lib. 37. Tit. 2.

Ratio ordinis: bonorum possessio quid: argumentum tituli.

E X quatuor acquirendi per universitatem modis, proprieatis §. ult. sup. per quas pers. enig. acq. primus & precipuus exppositus est, scilicet ratio acquirendi hereditatis iure civili tum testamento cum ab intestato delata. Succedit tum species acquisitionis ejusdem generis secunda, seu ea hereditatis acquirendae ratio, qua est ex iure praetorio per bonorum possessionem, de qua hoc titulus ex professo nunc Imperator tractat. Nam quod iubilare etiam lupus de jure praetorio disputum est, id factum per occasionem, exigente hoc rerum affinitate. Bonorum possesso titulus Ulpiano l. 3. §. 2. hoc ist. est jus perlequendi retinendi patrimonii, sive rei, que cuiuslibet, cum moritur, fuit. Non ergo bonorum possesso hic accipitur, sed possesso illa rerum singularium, que facti est, & corporalis detentio de qua ist. ff. & C. de acq. poss. sed tota juris est, & dominium tribuit: ut has duo prater nomes nihili commune habeant. Denique bonorum possesso vi ipsa nihil aliud est, quam hereditas, d. l. in pr. & §. 1. l. 1. & l. 2. ead. l. 1. 17. de reg. iur. unde Graeci dicitur ηγετος διαδοχης. Tantum in tempore & modo acquirendi diversitas est. De fine bonorum possessionis, tum quam ea vim & unde habeant, primo hie exponitur: unde species eius ex ordine, quod hie exponitur fuerint, recentur, ac mox quibuidam remotis quadam transponuntur: ad extremum agitur de tempore & modo bonorum possessionis petendae.

TEXTUS.

Cur introduxit bonorum possessiones; & qui si earum effectus.

Jus bonorum possessionis introductum est a praetore emendanda veteris iuris gratia. Nec solum in intestatorum hereditatibus vetus ius eo modo praetor emendav. t. sicut supra dictum est, sed in eorum quoque, qui testamento factio deceperint. Nam si alienus posthumus haeres fuerit institutus, quamvis hereditatem iure civili adire non posset, cum instituto non valeret: honorarium tamen iure bonorum possessor efficiebatur: videlicet cum a praetore adjuvabatur. Sed & is a nostra constitutione hodie recte haeres instituitur, quasi & iure civili non incognitus. Aliquando tamen neque emendandi, neque impugnandi veteris juris, sed magis

Bonorum possesso] Hec secunda species est acquisitionis per universitatem carum quatuor que proposito sup. §. ult. per quas pers. Bonorum possesso vi ipsa nihil aliud est, quam hereditas, l. 2. & 3. hoc ist. l. 1. 17. de reg. iur. Graeci ηγετος διαδοχης. A nostra constitutione] Hac constitutio non extat: fac. d. §. 25. sub. de legat.

Ipsa iuris non sunt] Ipsa iure hic item valet quod iure civili, ut alibi, §. 11. inf. de act. §. 2. inf. de pers. & temp. ad. l. 9. §. 1. si inf. qu. ead. Igitur haereses ipso iure non sunt, id est, non sunt iure civili haereses, eti audent hereditatem, aut pro herede gerant. Allo sensu si dicuntur ipso iure haereses existere.

Per Senatusconsultum] l. 9. d. 16. sup. de SC. Tit. & de SC. Offic.

Constitutiones principum] Exemplum habes §. 3. & 4. sub. de leg. agn. fact. l. pan. & ult. de leg. iur.

Alios complures ordines] Id est, ordines, in quibus, ut tage alibi, l. 1. §. 1. unde liber. §. unde cogn. l. an. quis ord. in bon. poss.

Ex bono & aequo] Nam prator & alios successionis ordinis fecit, & ordinum graduum que successionem admisit, *tit. de success.* edit.

COMMENTARIUS.

1. *Quomodo prator circa successiones jus vetus emendabit?*
2. *Quanam bonorum possessio[n]es juris civilis confirmantur gratia introducta?* & *quam usitata?*
3. *Qui jure civili succedere possunt, si malum honorarium, heredes, an bonorum possessores efficiantur?*
4. *Cur prator heredem facere non posse?*
5. *Bonorum possessores ut ipsa heredes esse, & jure pratorum dominum rerum singularium conquiri: quod a plerique minus bene percepimus.*
6. *Scopus pratoris in introducendis bonorum possessio[n]ibus.*

E menzilioris iuris veteris gratia] Supra didicimus legem 12. tab. successiones ab intestato tam angustis finibus conciliante, ut intra suorum hereditum & agnatorum ordinem confiterent. Hoc verò multis perlitas, cum inter fuos heredes, tum inter agnos vocatas à pratore, Senatusconsultis, constitutionibus. Pratorem etiam tertium ordinem fecit, in quo omnes eos vocavit, qui naturali cognitione consunxit. Hoc significat Justinianus, cùm ait, pratorem bonorum possessio[n]es introducendi etiam iurius causa. Emendavit enim, laxando mitigandoque iurius civilis rigor, dum illo iure negligitis liberis emancipatis, cognitique ad successione[n]em viaria paret. Atq. iure civili neglectos, nam capere nominatum prohibitus prator non facerit, non directe, quod non potest, contra leges faciat, l. non est. 22. s. 2. hoc tit. 1. 1. s. 4. de pub. in rem. Simili quoque correctione & quadam velut impugnatione iurius civilis usus est prator & in hereditatibus eorum qui cessati deceperint, dando bonorum successione[n]em secundum tabulas posthumis alienis heredibus instituit, l. 3. sec. 2ab. contra tabulas liberis emancipatis pratoris, s. eadem. 12. sup. de her. qua ab ist. def.

Si alienus posthumus] Quis dicatur ius, quis alienus posthumus; item cur alienus posthumus iure civili heres institui non poterit, neque legatum capera; diligenter, expolius lib. 2. sub tit. de legat. s. posthum. 26. add. & que sub s. 2. sup. de exher. liber.

Honorario iure bonorum possessor] d. 1. sec. tab. 6. c. de mort. res. Arque ad effectum hujus iuris & fini inheritance & legati recipiens dixit alibi, posthumum alienum etiam olim hereditem instituit postulare. s. posthum. 18. sup. de legat. quod multis ibi argumentis confirmavimus.

Sed magis confirmationem] Ait, quidam bonorum possessio[n]es à pratore, etiam confirmandi, id est, adjuvandi iurius veteris gratia in-

troducas; idque declarat dupli specie bonorum possessio[n]is: quarum una ex testamento secundum tabulas, quas etiam recte instituit hereditus prator, pollicetur; altera ab intestato; eaque item duplex, unde liberi, & unde legimi, quarum ad ilam etiam fuos heredes, ad haec etiam agnatos, & qui agnatorum iure carent, inviter.

Heredes instituti] Heredi testamento recte instituto feimus necessariam non esse bonorum possessio[n]em secundum tabulas, cum adita hereditate jure civili heres fiat. Exstimo etiam, pratorum ab initio bonorum possessio[n]em secundum tabulas iure civili scriptas peritaeque pollici non esse, sed secundum eas dumtaxat, que ipsius instituto scripsa fuerant, quarum formam ius civilis, quo solo hereditates deferunt, ignorabat, hoc est, que septem tertiis signis erant obligatae. l. 2. C. sec. tab. aut que jure civili ideo non valebant, quod vel familiæ manipulatio vel nuncupatio non intervenierant, vel testamentum ruptum irritum factum fuerat. Ulpian. tit. 23. s. 5. de septem. 6. & tit. 28. s. etiam 6. l. posthum. 12. de iusfr. rup. irr. s. non tam. 6. sup. quod. mod. teli. infra. Ceterum progressus temporis ius pratoriorum crevise, inolevifesse, ut etiam qui recte heredes instituti erant: aliisque, qui jure civili hereditatem adeundo conquepoterant, ad maiorem cautionem, pura ut remedium pratoris uterentur, veluti interdicto quorum bonorum l. 1. quer. bon. vel qui multis in rebus liberalius agitur cum bonorum possessoribus, quam cum hereditibus, l. 3. s. acquirere, 7. hoc tit. l. 1. & ult. qui ad. bon. pos. bonorum possessio[n]em patenter: edictumque postea plenius conceptum. Hotomanus putat, per bonorum possessio[n]em etiam acquiri possesso[n]em ipsorum rerum, qui manifestus error est; non enim magis agnoscendo bonorum possesso[n]em rerum singularium possesso[n]em adipiscunt, quam adeundo hereditatem l. 3. pr. s. 1. & 2. hoc tit. junct. l. eum. her. 32. de aq. pos. Sed & si quis res defuncti corporaliter possideat, eum tamen necesse est bonorum possesso[n]em à pratore obdere, ut in naturali rerum singularium possesso[n]em defendatur. Wefemb. l. 2. tit. num. 8. D. Dioid. Talden. in comm. hic cap. 1.

Suos heredes & agnatos] Suos heredes ad bonorum possesso[n]em unde liberi, agnatos ad bonorum possesso[n]em unde legimi. Lices enim his bonorum possesso[n]em non sit necessaria, (ut potest) etiam remota ex iure civili hereditatem obtineant) & addeptu[m] principali scopi bonorum possesso[n]e unde liberi comparata sit emendandi iurius civilis gratia succurrendi liberis emancipatis, quos ius civile non agnoscit s. emancipati. 2. sup. de her. qua ab int. tamen fuos etiam heredes prator edicto complexus est, l. 1. unde liberi, & agnatos quoque & exeras perlitas legitimas vocavit, s. unde legitimi: ne quod its concesserat, quos folios p[ro]p[ri]e vocat, denegare illis videtur, quos vocat posteriori inque eo iuriis civilis se-

DE BONORUM POSSESSIONIBUS.

adjutorem prebuit. *Ode ia greggi i regnum*, ait Theop. & Theod. Herop. ad l. 117. de reg. jur. i. πολιτείας ψηφίσματος: *jus pratorum humanus* est. Hinc illustratur l. 7. §. 1. de ius. & i. s. pratorum. 7. sup. de jur. nat. gent. & civil.

3. *Solis vocat prator*] Quid ergo si quis testamento heres institutus aut agnatus proximus intestati, quos folius prator non vocat, sed quibus librum est vel hereditatem adire, vel ex editio[n]e bonorum possesso[n]em accipere, l. 2. s. s. 2. sec. sub hoc, quā illa jure, succedere maluerint? Hos etiam non heredes, sed bonorum possessor[es] effici: ac proinde non direfici, sed utilibus actionibus uiros recte cenfer. Job. Quin amplius, nec suum heredem, qui secundum tabulas aut unde liberi acceptit, exstimo alias, quā utilies & pratorias actions exercitorum; direc[t]aque, quae apud eum remanent; quia ipso iure hereditatis, eademque ratione, quā hereditatis, successio est in universum ius defuncti, & ip[s]a quae similis atque admisita est, dominium iure pratoris tribuit aquae ac hereditatis iure civili; textus sum expressi & clari in l. 1. l. 3. in pr. hoc tit. Res h[oc] idem minus recte vulgo percepta est, quid in describenda tua hereditate tum bonorum possesso[n]e Jurisconfulti impropter locuti sunt, nec vero, sed tropico genere ulti: nam neque hereditatis proprii successio est, ut abunde demonstravimus sub tit. de reb. corp. & mort. neque bonorum possesso[n]e potest persequendi, sed utraque nihil aliud quam universum patrimonium & s[ic] alius ius defuncti, in quod & heres succedens & bonorum possessor[es] ille faciliter adeundo, hic bona apud magistratum amplectendo, dominium rerum singularium statim nasciuntur, ille civile, hic pratorium, & consequenter ius eas res persequendi, ille directe & civilibus, hic utilibus & honorariis actionibus. VNN. Omnino recte rem explicasse videatur Tuldeanus. Bonorum enim possesso[n]e pertinet ad ea, quae in iure sunt, l. 178. s. 2. ff. de P. S. at successio civilis in voluntate constituti, nudo animo, verbis, vel factis declarato, adquiritur circa interpolationem magistratus, l. 10. s. de acquis. hered. Ita & V. C. Pagenfech. in Aphorism. Jur. lib. 3. s. 41. HEIN.

Et alios complures gradus.] Id est ordines: est enim hoc nostris non infrequens, ut ordines successionis ab intestato gradus quoque appellent, l. 1. s. 1. unde liberi, l. 2. s. unde cognati, un. quis ord. in p[ro]p[ri]e. Unde etiam interpres Novellarium, quod in textu Gracco, Nov. 118. in pr. legitur, mons i. 12. s. 12. adhuc 2. lego. stet. neq[ue] i. mons redidit, tribus cognoscitur gradibus, id est, patris ut nihil caute videam, quamobrem hoc carpit Bern. Suthol. dif. 11. n. 42. Sunt autem intestati gradus seu ordines, prator enumeratus liborum & legitimorum, nunc adhuc duo, cognatorum, & unde vir & uxor, d. 1. s. 1. & d. l. 11. 6. *Ex aq[ue] & bone dilaravit*] Scopus hic prator in introducing iure bonorum possesso[n]is proprius fuit, amplificare ius percipientium ab intestato hereditatum, quod lex 12. tabb. fa-

milia finibus ita concluserat, ut suos tantum heredes, & post hos, agnatos filios admitteret, at que ita admitteret, ut in eorum hereditatibus successioni locum non daret, hoc est, ut proximum deficiente vel repudiante, insequens gradus agnatos non admitteret. §. placebat. 7. sup. de leg. agn. succ. Praetor autem & alios fecit ordines, ordinumque & graduum successione admisit, tis. de succ. edict.

TEXTUS.

De speciebus ordinariis. Jus vetus.

1. Sunt autem bonorum possessio[n]es, ex testamento quidem ha[bi]tare: priu[m]a, quae praece[ri]tis liberis datur, vocaturque contra tabulas. Secunda, quam omnibus iure scriptis hereditibus praetor pollicetur, id eoque vocatur secundum tabulas. Et cum de testatis prius locutus est, ad intestato[rum] transiit sicut. Et primo loco suis hereditibus, & iis qui ex dicto praetoris inter suos heredes connumerantur, datur bonorum possessionem, que vocatur unde liberi. Secundo legitimis hereditibus. Tertio decem personis, quas extraneo manumisso[r]i preferebat. Sunt autem decem persona[re]: pater, mater, avus, avia tam paterni, quam materni: item filius, filia; nepos, neptis tam ex filio, quam ex filia; frater sorore consanguinei vel uterini. Quarto cognatis proximis. Quinto tanquam ex familia. Sexto patrono patroneque, liberisque eorum & parentibus. Septimo viro & uxori. Octavo cognatis manumisso[r]i.

NOTE.

1. Prima, que praece[ri]tis liberis] l. un. quis ord. in bon. pos. Ulp. tit. 28. c. 3. ad exhib. lib. & D. de bon. pos. cont. tab.

Decem personis] Ulpius apud Licin. Rufin. tit. 16.

Extraneo manumisso[r]i] Id est, imaginario emptori, cui pater filium non contracta fiducia mancipaverat. Cujac.

Cognati manumisso[r]i] §. pen. sup. de succ. libert. Ulp. tit. 28. §. 6.

COMMENTARIUS.

1. Quo sensu bonorum possesso contra tabulas dicatur esse ex testamento, cum per eam succedatur ab intestato? Quod à paucis obseruatum.
2. Cur ex primo loco in edito proposta?
3. Extraneo manumisso[r]i quis alicuius?
4. Quid per familiam significatur in ea, quam praece[ri]t oratio loco proposta?

H[ab]ebus hic catalogum veterum bonorum possesso[n]um, carunque gradus, ut quaque

editio proposta fuit. Similis est apud Ulp. tit. 28. §. intefiat. 6. Percurramus singula.

Ex testamento quidem ha[bi]tare] Bonorum possesso, itidem ut jure civili hereditas defteratur aut testamento, aut ab intestato. Quia testamento facta competit, ea duplex est, contra tabulas, & secundum tabulas: quarum haec etiam ex testamento est, ita ut per eam etiam succedatur ex testamento, illa ex testamento non est, ne quis erret: cum enim detur contra testamentum, & per eam testamento oppugnat arque evertitur, l. 1. in pr. de leg. pr. l. ut liberi. 17. in pr. C. de collat. testamento eti[am] dico non potest, neque per hanc bonorum possesso[n]em ex testamento succedit: sed ut reficiatur per inofficiosi querelam testamento res ad causam intentata. l. 6. §. 1. l. c. m. qui. 21. §. 2. de inoff. refi. codem modo, reficito testamento per bonorum possesso[n]em contra tabulas, liberi praece[ri]tis jure praece[ri]tis ab intestato succedunt, ut diceret scripsum est in d. l. liberi. 17. C. de collat. Quamobrem quod h[ab]et Imperator etiam bonorum possesso[n]em contra tabulas dicit esse ex testamento, certum est, id imp[ro]prius atque abusivus ab eo dici, nec alio sensu quam quod ea locum non habeat, nisi defunctus testamento facto descesserit: atque hoc lalem causam contra tabulas bonorum possesso[n]em opponitur lucis effectioni intentati, merita facilius illi, ut cum nulltabula facta sunt, l. 1. in pr. & §. recte au. rem. §. unde lib. l. 4. de collat. non, inquam, ut successio ex testamento, sed ejus, qui facto testamento descessit. Quod idecirco monendum fuit, quia a paucis obseruatum.

Qua praece[ri]tis liberis] Praece[ri]tis liberis datur bonorum possesso contra tabulas patris aut exterritorum parentum per patrem coniunctorum, & C. de bon. pos. cont. tab. quae species à nobis exposta est sub §. easdem. 12. de har. quib[us] ab int. & §. 3. sup. de exhib. lib. Sunt & aliae iepes bonorum possesso[n]em contra tabulas, veluti ea, que patrone praece[ri]tis datur contra tabulas liberti §. 1. sup. de succ. libert. item que datur patre adversus tabulas filii quem emancipavit, l. 1. si à parente, quis mun.

Secundum tabulas] Quod si heres non scriptis testamento, sed nuncupatus sit, datur secundum nuncupationem l. 2. C. de bon. pos. sec. tab. Datu[m], si modo tabula recte facta sint. Enim vero praece[ri]t non omnes his folementis iuri[is] civilis desiderat, sed hoc rancum requirit, ut septem tabulis signis tabule signata sint. Secundum nuncupationem quoque non aliud dat, quam si testator voluntatem suam rite declaravit. H[ab]et autem contra tabulas, & in edito & h[ab]e primo loco proposta est, quoniam, si eo testamento, de quo agitur, liberi defuncti praece[ri]ti sint, ad hos prius contra tabulas pertinet, nec ante ad scriptos heredes pervenient, quam liberi bonorum possesso[n]em contra tabulas exclusi sint, l. 2. in pr. sec. tab. Quod si scripti praece[ri]t secundum tabulas imperariat, ea sine re futura est, si liberi postea suo iure utrantur. De

quo plura scriptissimus sub tit. de exhib. lib. ad calorem pr.

Us[us] liberis] Patre intestato mortuo datur liberis bonorum possesso, que unde liberis dicitur. introducta principaliter liberorum emancipatorum gratia. §. emancipati. 9. sup. de har. quia ab int. ied interim tamen & suis hereditibus editio proposta, l. 1. §. liberos. 6. unde lib.

Secondo legitimis hereditatis] Qui dicitur unde legitimis: & generaliter omnibus defteratur, quibus lex an Senatus defteret hereditatem. Unde & mater, que ex Senatusconfulo Tertilliano venit, & liberi, qui ex Orificio ad legitimam matris hereditatem admittuntur, hanc bonorum possesso[n]em petunt, l. 1. §. 8. 1. 3. unde legit. §. 2. de leg. agn. succ. 2. tit. seqq.

Tertio decem personis, quas extraneo manumisso[r]i] Extraneo manumisso[r]i patri manumisso[r]i oppositur. Est autem extraneo manumisso[r]i emptori ille imaginarius seu pater fiduciarius, qui filium a parte naturaliter venditum fibi, ter ipse manumisso[r]i, nulla fiducia facta interposito, ut post tertiam mancipationem eum remanicaret. Huic enim tanquam patrono jure civili legitimis hereditates defterebant, excludo patre naturali characterique personis, que hic enumerantur: videlicet que sup. 1. ult. de leg. agn. succ. & tab. §. 3. & 4. & quibus mod. surpas. pot. solv. quod praece[ri]t durum atque iniquum ratus emendavit. Hanc bonorum possesso[n]em intelligit Modellin. l. si ad parem 10. de suis & leg. Ait, decem personis. Toidem exdem personis praece[ri]tis sicut in his, quae à viro relata sunt mulier, si eum non cluerit, l. 1. C. de seq. nup. VInN. Parum accurate extraneo manumisso[r]i, vel emptor filii imaginarius appellatur pater fiduciarius. Si enim vel maxime fateamur, id vocabulum esse genuinum & antiquum; non prius tamen illud emptori dari potuit, quam interposta fiducia, id est contraria de filio tertium filii mancipatio patri naturali remanicipando. Hic autem agitur de filii empore, qui nullam contrarerat fiduciam, adeoque filium fibi mancipatio non patri remaniciparet, sed eum ipse manumisso[r]i, & eo ipso fibi adquiverat jura patronatus. HEIN.

4. Quinto tanquam ex familia] Ita legitur in vulgaris & apud Theop. Cujacius reponit: sum quem ex familia. Alii aliter. Puto autem, familiam significari patrem, id est, haec bonorum possesso[n]em vocari patronos agnatos. Certè hos etiam ad successione liberti admissi fuisse constat, l. 3. §. utique 9. de suis & leg. l. libero. 17. de bon. libert. ut vero non sit simile, eos hicesse omisso. Nec me moverit, quod hac explicazione admisisti, invertitur ordo succedendi, cum patronus familia sua sit potior. Nam Tribonianus, cui propositum fuit tollere bonorum liberti possesso[n]em, necesse non habuit accurate ordinem observar; quod fortassis nec ipse praece[ri]t fecit. Quod si haec ad familiam liberti referri volumus, intelligend[em]ur liberti quali agnati. Ut verbi causa, si alter ex duabus fratribus manumisso[r]i filium gene-

rit, hic filius tanquam agnatus ad patru[m] sui filii possesso[n]em admittatur. Sed vir est, ut hoc obtinuisse credam; cum utique tales personae inter cognatos vocantur fuerint.

Sexto patrois patrono] Qui etiam in secundo ordine ex editio unde legiimi venire possunt l. 2. §. 1. l. 3. unde legit. VInN. Patronus hic vocatur, si forte tempore, vel repudiatione effectum esset, ut ex precedentibus editi partibus venire non posset. Ita & Theop. ad b. §. Conf. V. C. Aut. Schulting. ad Ulpin. tit. 28. §. 7. p. 473. HEIN.

Septimo viro & uxori] Hac septima bonorum possesso, unde vir & uxor dicta, viro & uxori defteratur, excludo fibo, qui aliqui bona vacanza occuparet, l. un. i. & C. unde vir & ux.

Otavo cognatis manumisso[r]i] Probabilis hinc mihi videatur conjectura Bachovii: prætemer etiam separatis de bonorum possesso[n]ibus utrum edificie, eaque similiter ut ingenue[re] proprie[te] tribus distinctis ordinibus, quorum in primo promitteret patronos corrumque liberi & parentibus, in secundo quasi agnatis eorum, in tertio cognatis. VInN. que conjectura, Bachovii prefidium reperit in Basili. Tom. 6. p. 595. Vid. Schulting. ibid. HEIN.

TEXTUS.

Jus novum.

2. Sed eas quidem prætoria introduxit iurisdictio; à nobis tamen nihil incuriosum prætermisso[n] est; sed nostris constitutionibus omnia corrigentes, contra tabulas quidem, & secundum tabulas bonorum possesso[n]es admisimus, ut pote necessarias constitutas: nec non ab intestato, unde liberi & unde legitimis, bonorum possesso[n]es. Que autem in prætoris editio quinto loco posita fuerat, id est, unde decem personae, eam p[ro]posito & compendio fornicone supervacuam ostendimus. Cum enim privata bonorum possesso decem personas præparebat extraneo manumisso[r]i; nostra constitutione, quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus eisdemque manumisso[r]ibus, contraria fiducia, manumissionem facere dedit; ut ipsa manumisso[n]e eorum hoc in se habeat privilegium, & supervacua sit supradicta bonorum possesso[n]. Sublata igitur predicta quinta bonorum possesso[n]em in gradum ejus sextam ante bonorum possesso[n]em induxit, & quintam fecimus, quam prætor proximi cognatis pollicetur. Cumque antea fuerat septimo loco bonorum possesso[n], tanquam ex familia: & octavo, unde patroni

uramque per constitutionem nostram, quam de jure parvatus fecimus; penitus evanescimus. Cum enim ad similitudinem successiones ingenuorum libertinorum successiones posuerimus, quas usque ad quintum gradum tantummodo coarctavimus, ut sit alterius inter ingenuos & libertinos differentia, sufficieat eis tam contra tabulas bonorum possesso, quam unde legitimi & unde cognati, ex quibus possunt sua jura vindicare, omni scrupulose & inextricabile erroris clarum diarium bonorum possessionum refutato. Aliam verò bonorum possessionem, qua unde vir & uxor appellatur: & non loco inter veterum bonorum possessiones postea fuerat, & in suo vigore servavimus, & altiore loco, id est, sexto eam posuimus: decima quoque veteri bonorum possessione, qua erat unde cognato manumissoris, propter causas enumeratas merito sublata, ut sex tantummodo bonorum possessiones ordinariae permaneant, suo vigore pollentes.

NOTÆ.

2. *Natura constituta* Exstat in l. 1. c. de emanatione. lib. vid. sup. §. 6. quib. mod. jus pat. pat.
- Ugus ad quintum gradum] Tam liberorum patroni, quibus ex transitorio coniunctorum: ut recte Cato. & verba constitutionis ostendunt, d. §. 3. de succ. libert. à nobis relata. Errat igitur cum Myning. Pacius in margine.

COMMENTARIUS.

1. Ex bonorum possessionibus retentis, prima quatuor quanto necessaria, quando utiles tantum;
2. Hodie nulla harum trahim, unde liberi, unde legitimi, unde cognati necessariam esse: & rix ullam cursum utilem.
3. Septima & octava quare sublatas: Ubi quedam illustrans ex constitutione Graca.
4. Solam unde vir & uxor jure novissimo necessaria.

Hoc s. removet quasdam species ex iis, quae precedent. s. recentefuit, atque in eorum locum quasdam tranponit, quas servat, remotiores. Coniunctio autem hic numerat bonorum possessiones, tam que testamento facto comprehendit, quia que ab intestato, quas modo preparatis & distincte considerat. Unde fit, ut verbis caula, bonorum possesso unde cognati, que modo illi quarta fuit, hie sexta numeretur.

Uspote necessaria] Ait, se quatuor primas bonorum possessiones, nempe contra tabulas, secundum tabulas, unde liberi, & unde legitimi, retinuisse; igitur quarum usus sit necessarius, aut certe quod intelligendum est, utilis. Equidem

bonorum possesso contra tabulas liberis emancipatio omnino necessaria erat: quippe qui jure civili pro extraneis habuit; adeoque adhuc hodie est, ut defendimus ips. ad pr. & §. 2. de inoff. test. suis vero hereditatis præteritis neque olim fuit, neque nunc est necessaria. Se undum tabulas necessaria olim posthumo alieno herediti instituta, nunc non est, sup. cod. in pr. Ceteris hereditibus testamento facto scriptis nec olim, nec nunc necessaria, sed utilis dumtaxat: necessaria tamen si quid solemnitas iure civili requisitus desit. Ceterum tunc fæps fine re aut effectu est, proximus ab intestato hereditatem evincit. Ulp. tit. 28. s. 1. *Unde liberi*, non necessaria nisi hereditibus; quippe qui ipso jure heredites exsuffit: necessaria emancipatio; at hodie ne illis quidem. Nam circa novissimum Justinianus legi item jus in successione ab intestato emancipatio tributum fit, quod sibi habent, Nov. 118. certè pretor auxilio non amplius indigent, quamvis nihilominus ad acquirendam hereditatem necessaria fuit nisi addito. Sed neque bonorum possesso unde legitimi necessaria. Quippe cum agnati ex lege 12. tab. cetera legitimata personæ ex Senatusconfilciis aut constitutionibus, quibus ius agnitionis datum est, sufficere possunt, l. 3. unde legit. A pretore cuiquam iura legitime successiones non legitimus. Hodie haec species una fere est cum unde cognati.

Unde decem persona] Hanc bonorum possesso nomine sponte evangelice necessaria fuit, nullumque eius usum relinquere, ex quo extranei manumissoris, quibus ea decem memoratas personas præponeret, esse deferuntur. Deferunt autem, postquam Justinianus emancipationem fieri voluit, alia professedio patris, apud competenter magistratum denunciantis, et filium de manu sua ac potestate dimictere, omni vindictorum & intercedentium manumissionum ritu sublati. l. 1. c. de eman. lib. Nam ex eo tempore non aliis, quam patre naturali filii emancipati manumissori existere potuit. Cestante igitur bonorum possessiones unde decem persona, locum ejus occupare iustificavit bonorum possessmentem unde cognati, que olim necessaria, hodie non est poti juris agnatorum & Cognatorum confusione. Nov. 118. Iuste tria illa bonorum possessiones, unde liberi, unde legitimi, unde cognati, nullam necessitatem, immo vir utilitatem ullam hodie habent, mutato ordine successiones, sublataque veteri fexus, familiæ, agnitionique prærogativa. Atque in hoc omnes fere contentantur Christiani. vol. 4. de i.

Tangam ex familia, & unde patroni] Ait, et hæc duas bonorum possessiones, tangam ex familia, & unde patroni, liberique & parentes eorum, suffulisse constitutione sua de jure patro-natus. Hæc est eadem illa Graeca constitutio, ejus superius quoque aliquoties meminit, & quæ totam se caulfam successiones libertorum pœnitentis testatur, §. 3. de succ. libert. Non extat constitutio, sed epitemus ejus nobis ex Basilicis representat. Cujacius lib. 10. ob. 34.

Ad similiter invenimus successiones ingenuorum] Huius loci non hæc lenitatem est, ut Justinianus in successione libertorum inter se, aut in successione cognitorum liberti (agnatos, ut sapientis jam dictum est, liberti nulos habent,) eadem jura constitutis, qua in successione ingenuorum. sed haec voluntate simili ratione patronum ejusque liberos, parentes, agnatosque & cognatos successores liberto, qua succeduntur ingenuis. Quod ex iis, qua mosti belli sunt, liquet. Ita quoque supra d. §. in fin. de succ. libert. art. se bene concordantia iura ingenuitatis & libertinitatis in successione scilicet; cum tamen ibi tantum definit rationem, cum tamen eorumque liberi & cognati successentur libertis.

TEXTUS.

Species extraordinaria.

3. *Septima eas secuta*, quam optima ratione prætores introduxerant. Novissime etiam promittunt editio iis etiam bonorum possesso, quibus ut detur, lege, vel Senatusconfusculo, vel constitutione comprehensum est: quama neque bonorum possessionibus, que ab intestato veniunt, neque iis, qua ex testamento sunt, pretor stabili jure conniverat; sed quasi ultimum & extraordinarium auxilium (prout res exigit) accommodavit, scilicet iis, qui ex legibus, Senatusconfusculo, constitutionibus principiis, ex novo jure, vel ex testamento, vel ab intestato veniunt.

NOTÆ.

3. *Lege vel scito*] L. un. D. ut ex legi. SCITIS vel consit. bon. pos. Distinguitur etiam bonorum possesso in editalem & decretalem, l. 1. §. 7. de succ. edit. l. 1. §. 4. unde lib. l. 30. §. 1. de acquir. her. illa ex ipso editio sine decreto aut causa cognitione postulantur datur, ac proxime de pleno potest poti, quales natura sua omnes ordinariæ: hac non ex solo editio, sed interveninge decreto, &c. decernitur, l. 2. §. 1. quis ordo in bon. pos. l. 3. §. pen. b. t. quales Carboniana aliisque extraordinariæ, l. 1. & pos. de Carbon. edit. l. 84. de acq. her. l. 14. §. nle. cont. tab.

COMMENTARIUS.

1. *Ex extraordinariis bonorum possessionibus quasdam esse definitas, quasdam indefinitas; atque variique species exempla.*
2. *Bonorum possessiones, qua editalis dicitur, & tam, quæ decretales, esse species revera oppositas, contra comm.*

Pater sex illas bonorum possessiones ordinarias, quas sic appellari diximus, quia certo jure atque ordine, certique personis, cum testamento facto, tum ab intestato deferruntur, haud fecis ac ex legibus hereditas, sunt etiam nonnullæ extraordinariæ: quia extra cor-

tum illum ordinem quibusdam accommodantur. Harum autem quedam definita sunt, hoc est, semel catoris caibus ac perfunis proposito, his ipsis, causa cognita, decernuntur: cuiusmodi est ea, qua ventri datur, tit. de ventr. in poss. mis. Item Carboniana, que ex editio Carbo- niano datur impuberi, qui filius esse negatur, dilato statu justicio in tempus pubertatis, l. 1. et poss. de Carb. edit. haec expresse ordinari, opponitur in l. 3. §. pen. & ult. d. tir. 5. §. quis. 3. de legat. præf. Alio indefinita & vagae, qua varis ex causis, prout res & aquitas exigit, a prætorde decernuntur. Huc pertinet species proposita in l. ventre. 84. de acq. bar. l. 4. §. ult. cum l. 1. §. quis. l. 1. quis. 14. §. ult. cont. tab. l. 1. infans. 18. C. de jur. dicti. l. 2. §. quis. 14. ad Tertii. Nonnulli huc etiam referunt bonorum illam possessionem preparatoriam querentes inofficiis testamento, sicut litis ordinande causa conceditur, l. 6. in fin. et l. 7. de inof- ficiis. Pertinet & haec ex bonorum possesso, que lege uti debet. Senatus confutò, aut constitutione cautum est, l. un. ut ex legibus, &c. l. 3. unde legis. Exempla ex lege Papia, lego Cornelia, Senatusconfuto Apronianu, profert Scipio Gentil. 1. de juri dicit. 26. argum. §. 2. sup. de face. liber. l. omnibus. 26. ad senatusc. Trib. l. 4. C. de postim. rev. Cuiacius & Horo- mannu ex constitutione Hadrianu, qui militis capite damnati ex delicti militari bonorum possesso defertur cognitis militis uigie ad quintum gradum, l. 2. de veter. succ. l. 6. sed et 6. de injus. rapi. rev. Horomannus item aliud ex ejusdem Imperatoris constitutione, quia in specie l. posthum. 12. d. tir. scripti hereditibus defertur bonorum possesso secundum tabulas, ut rem obtineant: quia aliqui sine re futura erat. Permitcent autem he bonorum possessiones omnes per superiores ordines, i.e. causa Carboniana datur impuberi, cui controvertitur, an sit ex lib. eris, si præteritus est, contra tabulas; si institutus, secundum tabulas; ab intestato, unde liberi, l. 1. & l. 2. de Carb. edit. In libris nostris bonorum possesso sic etiam distinguitur, ut quedam dictata editalis, quedam decretales, l. 1. §. decretales, 7. de face. edit. l. §. sed et 4. unde lib. l. cum quedam. 30. §. 1. de acq. bar. Doctores vulgo existimant, non esse hec nomina diversiarum /peculiarum/, sed attributa tantum; quibus una eademque species bonorum possesso distinguuntur; & editalem dicunt, quatenus ex editio prætoris mortui, ut loquuntur, competit decretales, quatenus a vivo prætore conceditur, sed eadem bonorum possesso, quia editalis vocatur, quatenus consideratur, ut editio propriis & promissa, de- cretales dici quatenus petita & agnita. Ita post Accur. Cyn. Bart. alioquin veteres interpres, Sichard. ad rub. C. qui adm. ad bon. poss. §. num. 10. & seqq. Schneid. in §. leg. num. 7. Myrf. hic ad rub. num. 10. Menoch. rem. 1. ad ips. poss. num. 10. & seqq. Graff. §. bon. p. poss. quaq. 3.

T E X T U S .

De successorio Edicto.

4. Cum igitur plures species successio- num prætor introduxisset, easque per ordinem dispositi; & in unaquaque species successoris /sæp/ plures extant dispart gradu persone; ne actiones creditorum differen- tur, sed haberent, quos convenienter, & ne facile in possessionem bonorum defuncti mit- terentur, & eo modo sibi consulerent; ideo petenda bonorum possessorum certum tempus presigivit. Liberis itaque & parentibus tam naturalibus quam adoptis in petenda bo- norum possessione anni spatium, ceteris autem (agnatis vel cognatis) centum dicitur.

C O M M E N T A R I U S .

Dispositi per ordinem bonorum possessioni- um bas edictum prætor subiecti, quod successori ex optimis parte appellatur. Duo enim sunt hujus editi capitula. Primo, quod principale est, prætor denuntiat, se inter eos, quibus bonorum possessor defertur, successione permis- surum, l. 1. §. quibus. 10. de succ. edit. Successio hæc duplex est, una ordinum, altera gradum. Ordinum dicitur, cum ordo periorum universi, quarum in petenda bonorum possessione prima causa est, illam omnis, velut liberis omnibus omittentibus, res ad agnos redit, & his rursum eam repudiabitur, ad cognatos; postremo ad virum & uxorem. Hi enim non sunt ordines intestati, §. 2. sup. eod. l. 1. §. 1. unde lib. 1. quis ordo in bon. poss. quibus locis verba Jurisconsulutorum a Tribonianu circumscissa sunt. Vix haec successio de ordine in ordinem appellatur. Postea & de capite in caput nominari, l. 5. C. qui adm. ad bon. poss. Graduum successio dicitur, cum illi, qui in ordine aliquo sunt gradus proximi, omittentibus, remotoris gradus in eodem ordine perfons admittuntur. Quia suc- cesso est de gradu in gradum, atque in solo ordine cognatorum non etiam liberorum aut agnatorum, locum habet. Nam in liberorum ordine nulla est gradus prærogativa; agnatos vero remotorios, proximi repudiabitur, non quasi agnatos, sed quasi cognatos, prætor admittit, §. placet. 7. sup. de leg. succ. agn. Sed enim cum eo loco Justinianus etiam in he- reditatis graduum successione inter agnos admitterit, prætorius est, etiam in bonorum possessione eam inter illos admittit: arg. l. 3. unde legis, quamquam nunc haec disputatio imperviciatur, sublata prærogativa ordinis agnatorum, Nov. 118. Capite hujus editio altero certum tempus petenda bonorum possessioni præfinitur, d. l. 1.

unaquaque species successoris,] Id est, ordinis, ut in tribus illis, intestati, liberorum agnatorum, cognatorumque. Nam quare, viri scilicet & uxoris, nulli sunt gradus.

Plures dispart gradu.] Gradus bifariam ufer- patur, interdum pro ordine successoris ab in- testato, l. 1. quis ordo in bon. poss. l. 6. unde erga, frequentissime vero, ut & hoc loco, pro ordine cognationis.

No actiones creditorum differen- tur.] Editum successorum praincipi quidem cognatorum inferiorum causa comparatur est, sed tamen ex parte id etiam creditoribus consulit, atque ipso quoque defuncto: triplici omnia de causa prætor est re esse putavit, præstire certum & breve tempus ad bonorum possessionem petendam. Prima est, ut scribi possit, quando finito iure primorum graduum, sequentes eam petere possent, nullorum petente, insequenti ordo aut fiscus admitteretur. Altera, ne, si bona heredi- taria diu jacenter, creditoribus longior mora afficeret, quorum interest maturè faire, utrum habeant quem convenienter, aut bona fieri fin delata. Tertia, ne creditores, si nemo inveniatur, qui actiones excipiatur ad possessionem & distractiōnem bonorum procedant, quod defuncto ignominiosum, d. l. in pr. & §. 1. de succ. edit. VINN. add. Cic. pro P. Quini. cas. 15. & supra §. 1. inf. quib. ex caus. man. non licet. HEIN.

Liberis & parentibus anni spatium.] Largius tempus liberis & parentibus tributum in hono- rem fangiunis, l. 1. §. largius. 12. de succ. edit. Parentes quidem nullo proprio ordine aut capite ad bonorum possessionem vocantur: cate- rum admittuntur vel ex capite unde legitimis: parentes manusmisor, cui etiam contra tabu- las datur, d. l. §. pen. & mater, quia ex Ter- tyliano venit, l. 1. §. ult. unde leg. vel ex capite unde cognati. Arque ex his omnibus causis intra annum bonorum possessionem petere pos- sunt, dicit. l. 1. §. ult.

T E X T U S .

De jure accrescendi: & iterum de successorio Edicto.

3. Et, si intra hoc tempus aliquis bo- norum possitionem non petierit, ejusdem gradus personis accrescit, vel si nullus sit, deinceps carteris bonorum possitionem pe- ride ex successorio editio pollicetur, ac si es, qui præcedebat, ex eo numero non es- set. Si quis itaque delatam sibi bonorum possitionem repudiaverit, non quousque tempus bonorum possitioni præfinitum ex- cesserit, expectatur: sed statim carteri ex eodem editio admittuntur.

C O M M E N T A R I U S .

Non tantum in successione ex testamento locus est iuri accrescendi, verum etiam in successione ab intestato, sum legitima, §. nle. sup. de *senatus*. Offic. tum honoraria. Ut docet hic locus, & l. 3. §. ult. cum 2. li. seqq. hoc sit. l. un. C. quand. non pet. patr. vid. Durar. 1. de jure acr. c. 20. & 2. c. 18.

Non petierit.] Si plures sint, quibus bonorum possesso competit, quorum unus admisit bonorum possessionem, ceteri non admisserunt; vel quod spreverint ius suum, aut tempore bonorum possessorum finito exclusi sint, aut ante mortui, quam bonorum possencionem petierint, ei, qui admisit, acrellunt portiones, que ceteris competenter, si petissent, d. l. 3. §. ult. & 2. seqq. Et acrellunt igitur portiones deficiens fine nova petitione aut agitione, ut iure civili portiones hereditum deficiens fine nova additione acrellunt iis, qui pro sua parte hæredes extiterunt.

Deinceps ceteri.] Qui vel in eodem ordine inferiori gradu sunt, aut his omnibus deficiens, qui proximi sunt gradu in ordine sequenti. Nam editio successorio non est locutus, si inter personas diversi ordinis aut gradus. Illud tandem, successione ordinum pratorum admissiles etiam in una eademque persona, verbi causa, ut filius omisca bonorum possessione unde liberis, petere adhuc possit, unde legimus aut unde cogniti, d. l. 1. §. sed videndum. 11. de jure, edit. l. 2. unde legit.

Sed statim ceteri.] Ut primum quis delat sibi bonorum possessionem repudiat, continuo ceteri admittuntur, non expectato tempore petitionis premisso, d. l. 1. §. quibus. 10. de jure, edit. Ex quo intelligimus, tum cum, qui semel noluit bonorum possessionem petere, jus eius petenda est, etiam tempora largiora; tum, quod huc præcipue pertinet, repudiabitur primis, statim inequivalentibus tempus currere: quippe ad quos, illis repudiabitibus, bonorum possesso statim pertinere incipit, d. l. 6.

T E X T U S .

6. In petenda autem bonorum possesso, dies utiles singuli considerantur.

C O M M E N T A R I U S .

Qui dies continuus, qui utiles, qui sessuum? Et quando de piano pratorum reddere dicatur?

Dies in jure nostro alii sunt continuus, alii utiles. Continui, qui sine interruptione nullum exceptis currunt: utiles illi dumtaxat, quibus experiri sui juris potestas est, l. 1. de div. & temp. prescr. l. 11. §. quidam, §. ad leg.

Jul. d. adult. & proinde hi neque ignorantii, neque agere non valenti currunt. In hoc ergo negotio cum dies utiles solùm considerentur, neque illud tempus numerabitur, quo quis nec civitatem bonorum possessorum sibi delatam esse, neque illud, quo a prætoro eam postulare non potuit, l. 2. pr. quis ord. in bon. poss. Non enim semper pratoris copia est, l. sed & l. 26. pr. & §. 4. ex quib. ea. maj. Dupliciter vero prator copiam cui facit: interdum pro tribunali, interdum extra tribunal quovis alio loco ubi salva maiestate imperii sui falvoque more majorum ius dicere constituit, l. pen. l. de jure & iur. Quibus diebus pro tribunali fedens postulationibus & cognitionibus occupatur, ii dies sessuum appellantur, d. l. 2. §. 1. quis ord. in bon. poss. Cum alio loco civibus se præbat, de piano jus reddere dicitur, l. non quicquam. 9. §. 3. de off. procons. l. 6. de accus. funtque hac nostraris adversa, pro tribunali cognoscere, & de piano, l. 1. §. abolito. 8. ad Turpil. l. unius. 18. in fin. de quib. Quocumque causa cognitionem decretum magistratus desiderant, pro tribunali non de piano cognoscenda & expediende sunt, d. l. 9. §. 1. de off. procons. l. omnia. 7. l. ubi-
cunque. 105. de reg. jar. Cum ergo, ut antea ostendimus, quedam bonorum possessiones sunt, quod decreatum magistratus expoſcut, ob quam causam etiam decretales dicta: quedam, quod decreatum cauſe cognitionem non requirant, edictis appellate: & consequenter illas tantum pro tribunali peti & dari, haec vero etiam de piano possint: hinc fit, ut his omnes dies, quibus quovis modo prætoris copia sunt, utiles numerantur, in illis sessuum dumtaxat, d. l. 2. §. quis ord. in bon. poss. VINN. Non ergo confundenda locutiones: de piano cognoscere (unde plenaria interpellatio in l. 4. C. de dilar. edit. Italoandr.) & summarium cognoscere. Bonorum enim possesso ex editio Carbonionis non dabatur de piano, sed pro tribunali, & tamen cognitione erat summarium. l. 3. §. 8. de bon. poss. l. 2. ff. quis ord. in poss. reg. Rem omnime accurateus expoſuit Vir Celestiberius Ger. Noodt de Juris, lib. 1. cap. 10. p. 135. HEIN.

T E X T U S .

Quomodo peti debet.

7. Sed bene anteriores Principes & huic causa providerunt, ne quis pro petenda bonorum possessione curat: sed quocumque modo admittuntur eam indicium offendit, intra statuta tamen tempora, plenum habeat earum beneficium.

N O T A E .

Quocumque modo &c. indicium.] Sufficit quacumque indicium admittenda bona possesso-

D E B O N O R U M P O S S E S S I O N I B U S .

nis, & quodcumque significatio, qualicumque significatio, aut ut est in d. l. ult. *reputatio amplectenda hereditatis*. Magistratum tamen adire oportet, apud quem de voluntate nostra publice testemur, d. l. ult.

C O M M E N T A R I U S .

Vetus peticio bonorum possessorum solemissus fuit, ut significat, l. 1. C. comm. de succ. Solemnitas certam verborum conceptionem seu formam habuit, quibus & petetur, & petenti datur. Cum etiam hic ritus erat, quod non apud quemvis magistratum peti poterat, nec cuijuslibet magistratus era datus, sed solùm prætoris in urbe & praesidium in provinciis l. 2. §. 1. & seqq. quis ord. in bon. poss. Utrumque hoc suffulit Constantius, exclusivitate verborum inanum, ut ipse eas appellat, cognitionibus, constituit, ut sati sit, cum cui bonorum possesso delata est, quemvis judicem, & vel magistratum municipale adire, atque apud hunc, qualicumque voluntatis taliatio-
ne interpolis bonorum possessorum amplecti l. ult. C. qui adm. ad bon. poss. Ceterum hoc ad extraordianas bonorum possessiones, que non nisi causa cognita decernuntur, non pertinet; sed haec etiam non pretorem & tribunal desiderant. Sed quocumque modo admittentis, &c.] Magis-

T I T U L U S U N D E C I M U S .
D E A C Q U I S I T I O N E P E R A D R O G A T I O N E M .

Continuatio, & origo.

Sequitur nunc species acquisitionis per universitatem, qui inter hanc genera tertio loco collata est, §. ult. sup. per quas perf. nimur acquisitioni per adrogationem; in ter superioris autem illas & hanc hæc est differentia, quod per illas defundit, per hanc viventes universa bona acquirimus. Estque hac acquisitioni necessarium conqueſtus juris patris potestatis.

T E X T U S .

Eft & alterius generis per universitatem successio, que neque lege duodecim tabularum neque prætoris editio, se eo jure, quod consenseru receptum est, introducta est.

C O M M E N T A R I U S .

Cum jus hujus acquisitionis dependeat à jure antiquo patris potestatis, quo potestas legi Romuli primum introducta, à decemviris potesta repetita est, ut ostendimus sup. tit. de patr. potest. ex lege potius seu legi sententia hanc acquisitionem defendere; cum moribus, aut confusione receptam esse, dicendum videtur, arg. l.

T E X T U S .

Quæ hoc modo acquiruntur.
Jus vetus.

z. Ecce enim cum paterfamilias se in adrogationem dat, omnes res ejus corporales & incorporales, quæque ei debita sunt,

M m m 3